conca ovi. infunde in eandem concam eundem liquorem.
Dein vero remansisse in scutella de ternoctibus. maxime tamen
in estate. ita ut sepe sub una nocte et die cursu sic in
modum filandis guttę vel infectum. In naturali quoque vase
naturaliter manet. De illa clarea temperatur umnictu minium.
safranum. et sanguis draconis. et azorium. et aliquibus
etiam ille color qui dicitur folium. Possum quoque sane redargui
quia ad talia vacco scilicet scribendo puerilia
seu inutilia. Sed deus omnipotens potest in bono fructu
transferre ea. que gessi. quod non causa vanitatis
immo gratia obedientię benivole necessitati
multorum. quod me adiuvante deo cupio pagere
re ad utilitatem instruendi alios. Non omne
pargamenum unum capit temperamentum coloris vel clare
eo quod pargamenorum genera sunt diversa. scili
cet vitulinum. ovinum. caprinum. Pargamenum autem
ovinum et vitulinum quando unius est coloris scilicet
albi totum. et planum et pulchrum. ut puta illud
de flandria et normannia supra scripta opus est
temperamenta. hoc est sic temperabis vermiculum et
claream ut superius invenisti et infusa clarea
in vermiculum et dehinc imposito in pargameno
coloris optimi erit. Quando vero hispidum et
maculatum et macrum et spissimum et varii coloris